

» promissionum, conventionum, pactorum, concessionum, conditio-  
 » num, liberationum, remissionum et aliorum predictorum, non sic  
 » factarum et factorum, et omni alii exceptioni, defensioni, juri le-  
 » gum et decretalium, jurium et constitutionum auxilio omnique  
 » privilegio, litteris, gratiis et absolutionibus impetratis vel impe-  
 » trandis, quibus contra predicta vel aliquid predictorum possent  
 » se tueri aut dicere, facere vel venire. Et ad majorem firmitatem  
 » omnium promissorum dicti syndici et procuratores in animabus  
 » et supra animabus eorum quorum sunt procuratores et syndici,  
 » tactis sacris scripturis, super altare beati Marci apostoli et evan-  
 » geliste Christi, sic ut premissum est, attendere et observare et  
 » attendi et observari facere, ad sancta Dei evangelia, corporaliter  
 » juraverunt. Promisit quoque dictus dominus magister Franciscus  
 » procurator et procuratorio nomine dicti domini Mastini sub pena  
 » premissa et cum obligatione honorum ejusdem, et dominus Al-  
 » bertus de la Scala cum in libertate sua fuerit et comunia Vero-  
 » ne, Vincentie, Parme et Luce et unumquodque ipsorum per se  
 » vel eorum syndicos et procuratores ad omnem requisitionem et  
 » instantiam dictorum comunium Venetiarum et Florentie, et cujus-  
 » cumque eorum, predictam pacem et concordiam et omnia et sin-  
 » gula in hoc contractu tam generaliter quam particulariter contenta  
 » ratificabunt, approbabunt et confirmabunt, cum omnibus et sin-  
 » gulis promissionibus, obligationibus, stipulationibus, pena sacra-  
 » mentis et omnibus aliis et singulis cautellis, tenoribus et solempni-  
 » tatibus opportuni. Et mandaverunt, voluerunt et rogaverunt di-  
 » cti syndici et procuratores, quod de premissis fierent unum et  
 » plura publica instrumenta in eodem tenore similia (1).

» Actum in felici urbe Venetiarum in Ecclesia et ante altare  
 » beati Marci Apostoli et Evangeliste Christi. Anno ab incarnatione  
 » domini millesimo trecentesimo trigesimo octavo, Indictione septima,

(1) Di tutto ciò non esiste sillaba nel documento portato dal Verci: egli al brando le note cronologiche, le quali sono d'accordo esattamente col testo originale della nostra *Cancellaria secreta*.